

En este documento se habla del mandamiento del Esla, que va desde *Campos Caudoces* hasta *Saliame* (Sajambre), *Eigon* (Valdeón) y *Siario* (Siero).

999, septiembre, 14.

*Froilán, obispo de León, dona al monasterio de Sahagún el monasterio de San Pedro y San Pablo de Crémenes y las iglesias de San Martín, San Cipriano y San Cristóbal en Corniero.*

AHN, Clero, Sahagún, carp. 878, núm. 6; *Bec. Sahagún*, ff. 145v-146r.

Ed.: ESCALONA, ap. III, escr. LXXXI, 438-439.

La fecha aparece muy clara en el documento: “era millesima XXXVIII<sup>a</sup>, regnante rex Virimudo in regnum abum suorum”. Pero Vermudo II termina su reinado en el año 999; esta es la razón por la que adelanto la fecha del documento a este año. Vignau y Escalona lo fechan en el año 1000.

(*Christus*). Sub Christi nomine. Gloriosissimos et post Deum nobis fortissimos domnos et patronos nostros Sanctorum Fagundi et Primidibi et Sancti Tirsi in cuius onore fundadum est monasterium logum quod vocitant Domnos Sanctos iusta cribidine Ceia et in onore Sancti Ioanis Babtiste et Sancti Ioanis Apostoli et Evangeliste et sanctorum rehiquie qui ibidem recondite sunt ibique Vincencius abba abidante cum omni collegio fratrum qui ibidem sunt vel cuque advenerint seu et Scemena Deo vota qui est abidante in ipso domno Sancti Iohannis.

Ego umilis et serbus Christi sub Dei gracia Froilani episcobi pabeo presencia Domini mci Ihesu Christi ut ad inistar bonis operibus nudadi timente inferorumque penas et cupiente perpetuam vitam evenit in corde et in anima mea iussio Dei sic iubet per vadonico eloquio dicens: “tua sunt Domine Deus omnia et que de manu tua accepimus dedimus tibi”.

Ego Froilani episcopi dono et voluntarie ofero et cartula testamenti facio de diocenso de eglesiis qui sunt iustas flumine Estule; in primis dono adque offero acisterio que vocitant Sanctorum Petri et Pauli in logo predicto Cremanes cum omnia sua aderencia, casas, terras, ortales, linares, pradis, pascuis, montes, fontes, molinaria, aquaductiles, pumiferis, arvoribus fructuosis et infructuosis, cessum adque regressum sicut tenuerunt ipsum monasterium in iure suo Vermudus et Selanus vel omnes fratres qui ibidem fuerunt abitantes; adicio ibidem eglesias que vocitant Sancti Martini et Sancti Cipriani, insuper Sancti Christofori in Curniario cum omni suas aiacencias ad integridate; et in ipsi aliis eglesiis qui sunt in mandamento de Istole de termino de Campos Caudoces ad sursum usquere a terminos de Saliamen et de Eigon et de Siario; illa medietate que ad Sancta Maria ad Regula deserbia; ipsa medietate ad integridate concedo ad ipso sagro sancto altario Dei et ad martines iam superius nominadi.

Et accepi de te domna Scemena in ofercione leito pallio valiente salidos C et II frenos obtimos que mici bene conplacui. Ita ut de odie die vel tempore ipsis eglesiis et ipsa ereditate de meo iure absterso et post partem Sancti Fagundi et Primidibi et Sancti Iohannis sint confirmada pro remedium anime [me]e et pro patrum meorum episcoborum qui eum Domino adiubante adquisierunt ut sedeat pro sustentacione pauperum et utilitate monasterii iuri quiedum permaneat.

Et si aliquis amo contra hanc nostrum scriptum ad dirumpendum venerit obtamus ut ambobus a fronte careat luminis et a cedum matris eglesie sic straneadum et cum Iuda Domini proditore teneat sociadum et a parte regie conponat auri talentum.

Factum testum scripture nodum dic quod erit XVIII<sup>o</sup> kalendas octubres, era millesima XXXVIII<sup>a</sup>

Regnante rex Vinimudo in regnum abum suorum.

Ego Froilani episcopi sub Dei gracia legionensis sedis episcopus in hanc cartula testamenti quod fieri volui et legendum cognobi mano mea confirmabi.

Ego Virimud[us] rex confirmabi et roborabi (*signo*).

(1<sup>o</sup> col.) Qui preses fuerunt: Albinus abba confirmat (*signo*); Olalius abba et anagorida confirmat (*signo*); Migahel abba confirmat (*signo*); Nunno Muniz diaconus confirmat (*signo*); frater Sanctus de Parameno confirmat (*signo*); Munio Flainiz confirmat (*signo*); Ansuri Muniz confirmat (*signo*).

(2<sup>o</sup> col.) Muzca presbiter confirmat (*signo*); Gutier monaco confirmat (*signo*); Cidi Didazi confirmat (*signo*); Vitas presbiter confirmat (*signo*); Fredenando Flainiz confirmat (*signo*).

(3<sup>o</sup> col.) De Domnos Sanctos: frater Ioanes confessor (*signo*); Eila diaconus; Fredenandus presbiter et confessor confirmat (*signo*); Domigos presbiter confirmat (*signo*); frater Migahet confirmat (*signo*).

Ermegildo presbiter tidulabi (*signo*).

COLECCIÓN DIPLOMÁTICA DEL MONASTERIO DE SAHAGÚN  
José María Mínguez Fernández